# THE SARUM RITE
# Missale Sarisburiense cum nota.

## Tome C.
## Fasciculus 3.
Pagine {69}-{108}.

## Festis Februarius.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMXIX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2019.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2019.

# ☾ *Sancte Brigide virginis.*

*(j. Februarii.)*

[*Ad missam.*][1] *Officium.*

VUltum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis, adducéntur regi vírgines post eam : próxime ejus adducéntur tibi in letícia et exultatióne. *Ps.* Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. [173].

*Oratio.*

SAncte Brigíde vírginis tue Dómine quésumus precátio tibi grata nos adjúvet : et tuam nobis indulgéntiam póscere non desístat. Per Dóminum.

*Epistola.* Qui gloriátur. *in communi.* [166].

*Gradale.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum. ℣. Propter veritátem et mansuetúdinem et justíciam : ed dedúcet te mirabíliter déxtera tua. [150].

Allelúya. ℣. Spécie tua et pulchritúdine tua : inténde próspere procéde et regna. [152].

*Evangelium.* Símile est regnum celórum decem. *in communi.* [171].

*Offertorium.* Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi. [*minor.*][2] [171].

*Secreta.*

SAcrifíciis Dómine placátus oblátis intercedénte beáta Brigída vírgine tua opem tuam nobis[3] quésumus tempóribus nostris cleménter impénde. Per Dóminum.

*Communio.* Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus : média nocte clamor factus est ecce sponsus venit : éxite óbviam Christo Dómino. [178].

*Postcommunio.*

BEáte Brigíde vírginis tue précibus fidélibus tuis Dómine sumpta múnera[4] suffragéntur : et que tibi plácuit nobis implóret auxílium. Per.

# ℂ *In purificatione beate Marie virginis.*[5]

(*ij. Februarii.*)

*Cantata hora sexta fiat benedictio luminis solenniter a pontifice vel a sacerdote cappa serica induto cum aliis indumentis sacerdotalibus super supremum gradum altaris converso ad orientem sic incipiente.*[6] [*Et dicuntur orationes et finiantur sub tono lectionum hoc modo.*][7]

1508-S:378; 1513-S:10v.[8]



Dómi-nus vo-bíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu-o. ℣. O-rémus.

*Oratio.*

BEne ✠ dic Dómine Jesu Christe hanc creatúram cérei[9] supplicántibus nobis : et infúnde ei per virtútem sancte crucis benedictiónem celéstem : ut qui eam ad repelléndas ténebras humáno úsui tribuísti : talem signáculo sancte crucis tue fortitúdinem et benedictiónem accípiat : ut quibuscúnque locis accénsa sive appósita fúerit : discédat dyábolus et contremíscat et fúgiat pállidus cum ómnibus minístris suis de habitatiónibus illis : nec presúmat ámplius inquietáre

1508-S:378; 1513-S:10v.



servi- éntes ti-bi. Qui cum De-o Patre et Spi-rí-tu- i Sancto



vi-vis et regnas De-us. Per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.



℟. Amen.



[ O-rémus. ][10]

*Et dicuntur omnes orationes cum* Orémus. *sub eodem tono. Non dicitur* Dóminus vobíscum. *nisi ante primam orationem tantum.*[11]

*Oratio.*

DOmine sancte Pater omnípotens etérne Deus : qui ómnia ex níchilo creásti : et jussu tuo per ópera apum hunc liquórem ad perfectiónem cereórum perveníre fecísti : et qui hodiérna die petitiónem justi Symeónis implésti : te humíliter deprecámur : ut has cándelas ad usus hóminum et sanitátem córporum et animárum preparátas : sive in terra sive in aquis per invocatiónem sancti nóminis tui : et per intercessiónem sancte Maríe semper vírginis : cujus hódie festa devóte celebrántur : et per preces ómnium sanctórum tuórum bene✠dícere et sanc✠tificáre dignéris : ut hujus plebis tue que illas honorífice in mánibus portáre desíderat : teque laudándo exultáre : exáudias voces de celo sancto tuo, et de sede majestátis tue : et propícius sis ómnibus clamántibus ad te, quos redemísti precióso sánguine Fílii tui.[12] Qui tecum et cum Spíritu Sancto vivit et gloriátur Deus. Per ómnia sécula seculórum. *Respondetur.* Amen.

Orémus.

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus qui hodiérna die Unigénitum tuum ulnis sancti Symeónis in templo sancto tuo suscipiéndum presentári voluísti : tuam súpplices deprecámur cleméntiam : ut hos céreos quos nos tui fámuli in tui nóminis magnificéntia suscipiéntes gestáre cúpimus : luce accénsos bene✠dícere et sanc✠tificáre : atque lúmine supérne benedictiónis accéndere dignéris : quátenus eos tibi Dómino Deo nostro offeréndo digni : et sancto igne dulcíssime tue claritátis succénsi : in templo sancto glórie tue

1513-S:11r.[13]


repre-sentá-ri me-re-ámur. Per e-úndem Dómi-num nos-
trum Je-sum Christum Fí-li-um tu-um : qui te-cum vi-vit et
regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us. Per ómni-a
sé-cu-la se-cu-ló-rum. ℟. Amen. ℣. Dómi-nus vobóscum.
℟. Et cum spí-ri-tu-tu-o. ℣. Sur-sum corda. ℟. Ha-bé-
mus ad Dómi-num. ℣. Grá-ti-as a-gámus Dómi-no De-o
nostro. ℟. Dig-num et justum est.
VE-re dignum et justum est é-qu-um et sa-lu-tá-re :


nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti- as á-ge-re Dómi-ne
Sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De- us. Fons et ó-ri-go
tó-ti- us lúmi-nis : qui mundum il-lustrásti lúmi-ne tu- e
cla-ri-tá-tis : mitténdo no-bis u-ni-gé-ni-tum tu- um per ú-
te-rum inteme-rá-te vírgi-nis. Et quem longe ante promi-
sís-ti prophe-tá-rum o-rá-cu-lis tempó-ri-bus no-víssimis
mi-sís-ti lu-cem pópu-lis se-dénti-bus in té-nebris. Te ergo
Dómi-ne depre-cámur : ut has cánde-las nómi-ni tu-o
pre-pa-rá-tas tu- a be-ne-dic-ti- óne digné-ris be-ne✠dí-ce-re


qui nos transtu-lís-ti a po-testá-te te-nebrá-rum in lu-cem
di-lécti Fí-li- i tu- i et regnum. Per quem ex-órtum est in
té-nebris lumen rectis corde et gáudi- um sa-lú-tis e-térne.
Et qui justi Syme- ó-nis implésti expecta-ti- ónem : ut non
pri- us ví-de-ret mortem quam e-júsdem Chris-ti Fí-li- i
tu- i vi-sí-bi-lem incarna-ti- ónem tó-ti- us mundi lumen
et sa-lú-tem : nos lúmi-ne tu- e cla-ri-tá-tis sic réple- as :
ut omnes infi-de-li-tá-tis té-nebras a no-bis re-pél-las.
Et si-cut servum tu- um hó-di- e dimi-sís-ti in pa-ce : sic




*Hic mutet vocem suam quasi legendo* Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. *Respondetur.* Amen.

*Hic aspergantur candele aqua benedicta, et thurificentur* [*et accendatur cereus sacerdotis*].[14] *Deinde dicitur*[15] Dóminus vobíscum. [℟.] Et cum spíritu tuo. [℣.] Orémus.

*Oratio.*[16]

Domine sancte Pater omnípotens lumen indefíciens qui es Cónditor ómnium lúminum béne✠dic hoc lumen tuis fidélibus in honórem nóminis tui portándum : quátinus a te sanctificáti atque benedícti lúmine tue claritátis accendámur et illuminémur : et propícius concédere dignéris, ut velúti eódem igne quondam illumínásti Móysen fámulum tuum : ita illúmines corda nostra et sensus nostros : quátinus ad visiónem etérne claritátis perveníre mereámur. Per Christum Dóminum. ℟. Amen.

Orémus.

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus : qui unigénitum tuum ante témpora de te génitum, sed temporáliter de María vírgine incárnatum : lumen verum et indefíciens ad repellándas humáni géneris ténebras : et ad incendéndum lumen fídei et veritátis misísti in mundum : concéde propícius : ut sicut extérius corporáli : ita étiam intérius luce spirituáli, irradiári mereámur.[17] Per eúndem Dóminum nostrum.

℄ *Peracta candelarum benedictione : accendantur candele et*[18] *distribuantur, et interim cantetur.* [*Cantore incipiente Antiphonam.*][19]

GS:180; 1508-S; 1513-S:12r.[20]




*Totus psalmus dicitur cum* Gloria Patri. *et post unumquemque versum repetatur*[21] *antiphona* Lumen ad revelatiónem. [*ter.*][22] [*Et si necesse fuerit reincipiatur ps. cum ant. Sacerdos vero interim in stallo suo ebdomadario extra chorum se reincipiat.*][23]

## *Ad missam.*



[1508-S:379.]

GS:pl. j.; 1508-S:379; 1513-S:12r.[24]

Offic.
I.









*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus majestátem tuam súpplices exorámus : ut sicut Unigénitus Fílius tuus, hodiérna die cum nostre carnis substántia in templo est presentátus : ita nos fácias purificátis tibi méntibus presentári. Per eúndem Dóminum.

¶ *Lectio Malachie prophete. iij.* [1-4.]

HEc dicit Dóminus. Ecce ego mitto ángelum meum qui[25] preparábit viam ante fáciem meam. Et statim véniet ad templum sanctum[26] suum Dominátor quem vos quéritis : et ángelus testaménti quem vos vultis. Ecce enim[27] venit, dicit Dóminus exercítuum. Et quis póterit cogitáre diem advéntus ejus ? Et quis stabit ad vidéndum eum ? Ipse enim quasi ignis conflans : et quasi herba fullónum. Et sedébit conflans et emúndans argéntum : et purgábit fílios Levi. Et conflábit[28] eos quasi aurum, et quasi argéntum : et erunt Dómino offeréntes sacrifícia in justícia. Et placébit Dómino sacrifícium Juda et Hierúsalem sicut dies séculi : et sicut anni antíqui : dicit Dóminus omnípotens.[29]

GS: pl. j.; 1508-S:379; 1513-S:12v.[30]



GS:pl. k.; 1508-S:380; 1513-S:12v.[31]

Alle.
VIII.



ALle-lú- ya. * ℣. Ado-



rá- bo ad templum sanc- tum tu- um : et



confi-té- bor nomi-



ni tu- o.

[*Hac die semper dicitur ista Sequentia.*][32]

1508-S:380; 1513-S:12v.[33]

Seq.
VIII.

*a*[1].



HAc cla-ra di- e turma, festí-va dat pre-có-ni- a. ah53098.

*a*[2]. *b*[1].



Ma-rí- am concre-pándo, symphó-ni- a nectá-re- a. Mundi



dómi-na que es so-la castíssima vírgi-num re-gí-na.


Sa-lú-tis causa : vi-te porta atque ce-li re-férta grá-ti- a.
Nam ad il-lam sunt núnci- a o-lim facta angé-li-ca.
Ave Ma-rí- a grá-ti- a De- i ple-na per sé-cu-la.
℣. precedens ter dicetur hac die tantum.
Mu-lí- e-rum pi- a ágmi-na intra semper be-ne-dícta.
Virgo et grá-vi-da ma-ter intácta pro-le glo-ri- ó-sa.
Cu- i contra Ma-rí- a hec reddit fámi-na. In me quómo-
do tu- a jam fi- ent núnci- a. Vi-ri no-vi nul-lam certe
cópu- lam. Ex quo atque na-ta sum incorrúpta. Di-




¶ [*Et semper dicitur ista sequentia in choro : licet hoc festum infra lxx. evenerit : sed*][34] *tunc sacerdos et ejus ministri in sedibus juxta altare privatim dicant.*

GS:pl. k.; 1508-S:381; 1513-S:12v.[35]






¶ *Secundum Lucam. ij.* [22-32.]

IN illo témpore. Postquam impléti sunt dies purgatiónis ejus secúndum legem Móysi tulérunt Jesum[36] in Hierúsalem, ut sísterent eum Dómino sicut scriptum est in lege Dómini. Quia omne masculínum adapériens vulvam : sanctum Dómino vocábitur. Et ut darent hóstiam secúndum quod dictum est in lege Dómini : par túrturum, aut duos pullos columbárum. Et ecce homo erat in Hierúsalem, cui nomen Sýmeon : et homo iste justus et timorátus : expéctans consolatiónem Israel. Et Spíritus Sanctus erat in eo. Et respónsum accéperat a Spíritu Sancto non visúrum se mortem, nisi prius vidéret Christum Dómini. Et venit in spíritu in templum. Et cum indúcerent púerum Jesum paréntes ejus, ut fácerent secúndum consuetúdinem legis pro eo : et ipse accépit eum in ulnas suas : et benedixit Deum et dixit, Nunc dimíttis servum

tuum Dómine : secúndum verbum tuum in pace. Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum : quod parásti ante fáciem ómnium populórum. Lumen ad revelatiónem géntium : et glóriam plebis tue Israel.

Credo. 20.

GS:181; 1508-S:378; 1513-S:12v.[37]

Offer. VIII.




*Secreta.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut sicut hodiérna múnera veneránda Fílii tui oblatióne consecrántur : sic ipsíus glorióse genitrícis précibus, sempitérni lúminis nobis cláritas conferátur. Per eúndem.

*Prefatio.* Quia per incarnáti. 1155.

GS:181; 1508-S:382; 1513-S:12v.[38]




*Postcommunio.*

QUésumus Dómine Deus noster : ut sacrosáncta mystéria que pro reparatiónis nostre munímine contulísti : intercedénte beáta semper vírgine María : et presens nobis remédium esse fácias et futúrum. Per Dóminum.

## ℭ *Sancti Blasii episcopi et martyris.*

(*iij. Februarii.*)

[*Ad missam.*][39] *Officium.*

SAcerdótes Dei benedícite Dóminum : sancti et húmiles corde laudáte Deum. *Ps.* Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : laudáte et superexaltáte eum in sécula. [105].

*Oratio.*

BEátus martyr tuus Blásius Dómine nobis misericórdie tue implóret auxílium : ut cujus festa celebrámus : ejus apud te patrocínia sentiámus. Per.

*Epistola.* Omnis póntifex. *in communi.* [57].

*Gradale.* Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precióso. ℣. Vitam pétiit et tribuísti ei longitúdinem diérum in séculum séculi. [110].

Allelúya. ℣. Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide precióso. [42].

*Evangelium.* Nichil opértum. *in communi.* [51].

*Offertorium.* Glória et honóre coronásti eum : et constituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine. [53].

*Secretum.*

MAjestáti tue Dómine hostiárum oblatiónes offérimus precántes : ut intercessióne beáti Blásii mártyris tui atque pontíficis fiant accépte : in quo Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi diléctio flagrávit. Qui tecum.

*Communio.* Posuísti Dómine in cápite ejus : corónam de lápide precióso. [55].

*Postcommunio.*

MIstéria quésumus Dómine que in sancti Blásii mártyris tui atque pontíficis commemoratióne súmpsimus, nos tueántur : cujus hó-

die devótis offíciis recólimus passi- | ónem. Per Dóminum.

# Sancte Agathe virginis et martyris.

(*v. Februarii.*)

[*Ad missam.*][40]

1508-S:382; 1513-S:13r. (GS:pl. s.)[41]




*Oratio.*

DEus qui inter cétera poténtie tue mirácula étiam in sexu fragíli victóriam martýrii contulísti, concéde propícius : ut qui beáte Agathe vírginis et[42] mártyris tue natalícia cólimus : per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

*Epistola.* Confitébor tibi. *in communi.* [147].

GS:181; 1508-S:383; 1513-S:13r.[43]



Allelúya. ℣. Emulor enim vos Dei emulatiónem : despóndi enim vos uni viro, vírginem castam exhíbere Christo. [151].

*Sequentia.* Exultémus. [*de communi.*][44] [156].
*vel Tractus.* Diffúsa est. [154].
*Evangelium.* Símile est regnum celórum thesáuro. *quere omnia in communi.* [158].

*Offertorium.* Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi in letícia et exultatióne : adducéntur in templum regi Dómino. [*minor.*][45] [159].

*Secreta.*

IN commemoratióne beáte Agathe vírginis tue et mártyris altária tua Dómine mýsticis munéribus cumulámus, majestátem tuam supplíciter deprecántes : ut ipsíus adjuvántibus méritis, cunctis mereámur carére contágiis. Per Dóminum.

GS:181; 1508-S; 1513-S:13r.[46]




*Postcommunio.*

CElesti reféctam mystério tuére quésumus Dómine famíliam tuam : ut intercedénte beáta Agatha vírgine tua et mártyre : salútis etérne remédia, que te aspiránte[47] requírimus : te largiénte consequámur. Per Dóminum.

# ¶ *Sanctorum Vedasti et Amandi episcoporum.*

(*vj. Februarii.*)

[*Ad missam.*][48] *Officium.*

SAcerdótes ejus índuant salutári : et sancti ejus exultatióne exultábunt. *Ps.* Meménto Dómine David : et omnis mansuetúdinis ejus. [139].

*Oratio.*

ADésto Dómine pópulo tuo cum sanctórum confessórum tuórum atque pontíficum Vedásti et Amándi tibi patrocínio supplicánti : ut quod própria fidúcia non presúmit : intercessórum tibi placéntium méritis consequátur. Per Dóminum.

*Epistola.* Plures facti sunt sacerdótes. *in communi.* [140].

*Gradale.* Sacercótes ejus índuant salutáre : et sancti ejus exultatióne exultábunt. ℣. Illuc perdúcam cornu David : parávi lucérnam Christo meo. [140].

Allelúya. ℣. Fulgébunt justi et tanquam scintílle in arundinéto discúrrent in etérnum. [141].

*Evangelium.* Sint lumbi. *in communi.* [142].

*Offertorium.* Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultatiónes Dei in fáucibus eórum. [142].

*Secreta.*

HOstias laudis Dómine tuis altáribus adhibémus : quas eórum tibi patrocíniis commendándas supplíciter exorámus : in quorum veneratióne pietáti tue hec sacrifícia offérimus. Per.

*Communio.* Ego vos elégi de mundo : ut eátis et fructum afferátis : et fructus vester máneat. [143].

*Postcommunio.*

SUméntes Dómine divína mystéria quésumus : ut sanctórum confessórum tuórum atque pontíficum Vedásti et Amándi précibus : sanctificatiónem nobis jugiter operéntur. Per Dóminum.

# ℭ *Sancte Scolastice virginis.*

(*x. Februarii.*)

[*Ad missam.*][49] *Officium.*

Dilexísti justíciam et odísti iniquitátem : proptérea unxit te Deus Deus tuus óleo letície pre consórtibus tuis. *Ps.* Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. [165].

*Oratio.*

Deus qui beáte vírginis tue Scolástice ánimam ad ostendéndam innocéntie viam in colúmbe spécie celos penetráre fecísti : da nobis quésumus ejus méritis innocénter vívere : ut ad eádem mereámur gáudia perveníre. Per Dóminum nostrum.

*Epistola.* Sapiéntia vincit. *in communi.* [166].

*Gradale.* Dilexísti justíciam et odísti iniquitátem. ℣. Proptérea unxit te Deus Deus tuus óleo letície. [166].

Allelúya. ℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum. [167].

*Evangelium.* Símile est regnum celórum decem virgínibus. *in communi.* [171].

*Offertorium.* Offeréntur regi vírgines post eam : próxime ejus offeréntur tibi. [*minor.*][50] [171].

*Secretum.*

Suscipe quésumus Dómine desidéria supplicántium fidélium cum oblatiónibus hostiárum : ut interveniénte[51] beáta Scolástica vírgine tua que te sincére diléxit amóre : nec fides in nobis tórpeat : nec cáritas tepéscat. Per Dóminum.

*Communio.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum. [172].

*Postcommunio.*

FAmíliam tuam quésumus Dómine spirituáli cibo satiátam : beáte vírginis tue Scolástice méritis propícius réspice : ut sicut ipsíus précibus ad optinéndum quod concupívit,[52] imbrem célitus descéndere fecísti : ita ejus supplicatiónibus ariditátem cordis nostri, supérne dignéris grátie rore perfúndere. Per.

# ¶ *Sancti Valentini episcopi et martyris.*

(*xiv. Februarii.*)

[*Ad missam.*][53] *Officium.*

IN virtúte tua Dómine letábitur justus : et super salutáre tuum exultábit veheménter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. *Ps.* Quam pervenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precióso.[54] [34].

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui beáti Valentíni mártyris tui natalícia colimus : a cunctis malis imminéntibus, ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

*Epistola.* Beátus vir qui invéntus. *in communi.* [37].

*Gradale.* Beátus vir qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen ejus : generátio rectórum benedicétur. [40].

Allelúya. ℣. Beátus vir qui suffert temptatiónem : quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vite. [44].

*Evangelium.* Si quis vult post me veníre. *in communi.* [50].

*Offertorium.* In virtúte tua Dómine letábitur justus : et super salutáre tuum exultábit veheménter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. [51].

*Secreta.*

SAcrifícium quésumus Dómine quod offérimus gratum tibi beátus martyr Valentínus suffragátor effíciat. Per.

*Communio.* Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem impónes super eum Dómine. [56].

*Postcommunio.*

QUos celésti Dómine substántia recreásti : beáti Valentíni mártyris tui méritis : a cunctis quésumus éxue propiciátus advérsis. Per Dóminum.

# ℭ *Sancte Juliane virginis et martyris.*

(*xvj. Februarii.*)

[*Ad missam.*][55] *Officium.*

LOquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar : et meditábar in mandátis tuis que diléxi nimis. *Ps.* Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini. [146].

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus qui infírma mundi elígis, ut fórtia queque confúndas : da nobis in festivitáte sancte mártyris tue Juliáne cóngrua devotióne gaudére : ut et poténtiam tuam in ejus passióne laudémus : et provísum nobis percipiámus auxílium. Per.

*Epistola.* Dómine Deus meus. *in communi.* [147].

*Gradale.* Diffúsa est grátia in lábiis tuis : proptérea benedíxit te Deus in etérnum. ℣. Propter veritátem et mansuetúdinem et justíciam : ed dedúcet te mirabíliter déxtera tua. [150].

Allelúya. ℣. Hec est virgo sápiens : quam Dóminus vigilántem invénit. [153].

*Evangelium.* Símile est regnum celórum thesáuro. *in communi.* [158].

*Offertorium.* Fílie regum in honóre tuo ástitit regína a dextris tuis : in véstitu deauráto circúndata varietáte. [158].

*Secreta.*

IN sancte mártyris tue Juliáne passióne preciósa[56] te Dómine mirábilem predicántes, múnera votíva deférimus : presta quésumus, ut sicut ejus tibi grata sunt mérita : sic nostre servitútis accépta reddántur offícia. Per Dóminum.

*Communio.* Simile est regnum celórum hómini negociatóri queréntí bonas margarítas : invénta una preciósa margaríta dedit ómnia bona sua et comparávit eam. [162].

*Postcommunio.*

LIbántes Dómine mense tue beáta mystéria quésumus : ut sancte Juliáne mártyris tue interveniéntibus méritis : et temporálem nobis misericórdiam tríbuas et etérnam. Per Dóminum.

# ℭ *Cathedra sancti Petri.*

(*xxij. Februarii.*)

[*Ad missam.*][57] *Officuim.*

STátuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

*Oratio.*

DEus qui beáto Petro apóstolo tuo collátis clávibus regni celéstis ánimas ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : concéde propícius ut intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

ℭ *Lectio epistole beati Petri apostoli.* 1. *j.* [1-7.]

PEtrus apóstolus Jesu Christi eléctis ádvenis dispersiónis Ponthi Galátie : Cappadócie, Asie, et Bíthynie, secúndum presciéntiam Dei Patris in sanctificatiónem Spíritus in obediéntiam et aspersiónem sánguinis Jesu Christi, grátia vobis et pax multiplicétur. Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi : qui secúndum magnam misericórdiam suam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiónem Jesu Christi ex mórtuis : in hereditátem incorruptíbilem, et incontaminátam, et immarcessíbilem conservátam[58] in celis : in vobis qui in virtúte Dei custodímini per fidem in salútem parátam revelári in témpore novíssimo. In quo exultábis módicum nunc si opórtet contristári in váriis temptatiónibus[59] : ut probátio fídei vestre multo preciósior sit auro quod per ignem probátur. Inveniátur in laudem et glóriam et honórem, in revelatióne Jesu Christi : Dómini nostri.

GS:182; 1508-S:384; 1513-S:14v.[60]

Grad.
V.






GS:182; 1508-S:384; 1513-S:14v.[61]






¶ *Secundum Matheum. xvj.* [13-19.]

IN illo témpore. Venit Jesus in partes Cesarée Philíppi : et interrogábat discípulos suos dicens, Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis ? At illi dixérunt, Alii Johánnem baptístam : álii autem Helýam : álii vero Hieremíam, aut unum ex prophétis. Dixit illis Jesus, Vos autem quem me esse dícitis ? Respóndens autem Symon Petrus dixit, Tu es Christus Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus dixit ei, Beátus es Symon

Barjóna, quia caro et sanguis non revelavit tibi : sed Pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi : quia tu es Petrus : et super hanc petram edificábo ecclésiam meam. Et porte ínferi non prevalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni celórum. Et quodcúmque ligáveris super terram : erit ligátum et in celis. Et quodcúmque sólveris super terram : erit solútum et in celis.

Credo. 20.

*Offertorium.* Constítues eos príncipes super omnem terram : memóres erunt nóminis tui in omni progénie et generatióne. [21].

*Secreta.*

ECclésie tue quésumus Dómine preces et múnera beáti Petri apóstoli tui comméndet orátio : ut quod pro illíus glória celebrámus, nobis prosit ad véniam. Per Dóminum.

*Prefatio.* Et te Dómine. 1165.

GS:183, 189; 1508-S:385; 1513-S:14v.




*Postcommunio.*

LEtíficet nos Dómine quésumus munus sumptum,[62] ut sicut in apóstolo tuo Petro te mirábilem predicámus sic per illum tue sumámus indulgéntie largitátem. Per Dóminum nostrum.

# ℭ *Sancti Mathie apostoli.*

(*xxiiij. Februarii.*)

[*Ad missam.*][63] *Officium.*

MIchi autem nimis honorátis sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* Dómine probásti me et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem meam et resurrectiónem meam. Glória. [7].

*Oratio.*

DEus qui beátum Mathíam apostolórum tuórum collégio sociásti : tríbue quésumus ut ejus interventióne tue circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum nostrum.

*Lectio Actuum Apostolorum. j.* [15-36.]

IN diébus illis. Exúrgens Petrus in médio fratrum dixit, Erat autem turba hóminum simul fere centum vigínti. Viri fratres opórtet impléri scriptúram quam predíxit Spíritus Sanctus per os David de Juda : qui fuit dux eorum : qui comprehendérunt Jesum : qui connumerátus erat in nobis : et sórtitus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis : et suspénsus crépuit médius : et diffúsa sunt ómnia víscera ejus. Et notum factum est ómnibus habitántibus Hierúsalem : ita ut appellarétur ager ille lingua eórum Achéldemach, hoc est, ager sánguinis. Scriptum est enim in libro Psalmórum, Fiat commorátio ejus[64] desérta : et non sit qui inhábitet in ea : et episcopátum ejus accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris qui nobíscum congregáti sunt in omni témpore, quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Jesus : incípiens a baptismáte Johánnis, usque in diem qua assúmptus est a nobis testem resurrectiónis ejus nobíscum fíeri unum ex istis. Et statuérunt duos Joseph qui vocabátur Barsábas, qui cognominátus est Justus, et Mathíam. Et orántes dixérunt, Tu Domine, qui corda nosti ómnium : osténde quem elégeris ex his duóbus, unum accípere locum ministérii hujus et apostolátus : de quo prevaricátus est Judas : ut abíret in locum suum. Et dedérunt sortes eis : et cécidit sors super Mathíam. Et annumerátus est cum úndecim apóstolis.

*Gradale.* Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. ℣. Dinumerábo eos et super arénam multiplicabúntur. [8].

*Tractus.* Beátus vir qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen ejus : generátio rectórum benedicétur. ℣. Glória et divítie in domo ejus et justícia ejus manet in séculum séculi. [13].

*Secundum Matheum. xj.* [25-30.]

IN illo témpore. Respóndens Jesus dixit, Confitébor tibi Pater Dómine celi et terre : quia abscondísti hec a sapiéntibus et prudéntibus : et revelásti ea párvulis. Ita Pater quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia michi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium nisi Pater : neque Patrem quis novit nisi Fílius : et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos. Tóllite jugum meum super vos : et díscite a me quia mitis sum et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est : et onus meum leve.

Credo. 20.

*Offertorium.* In omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terre verba eórum. [21].

*Secreta.*

DEus qui proditóris apostáte ruínam, ne apostolórum tuórum númerus sacrátus perfectióne caréret : beáti Mathíe electióne supplésti : preséntia múnera sanctífica : et per ea nos grátie tue virtúte confírma. Per Dóminum.

*Prefatio.* Et te Dómine. 1165.

*Communio.* Vos qui secúti estis me, sedébitis super sedes judicántes duódecim tribus Israel : dicit Dóminus. [22].

*Postcommunio.*

PResta quésumus omnípotens et miséricors Deus : ut per hec sancta que súmpsimus, interveniénte beáto Mathía apóstolo tuo, véniam consequámur et pacem. Per Dóminum.[65]



Agathe virginis et mar. v. Februarij.

A Diuua bite am de us vul tu ſu o de us in medi o e ius non commoue bitur. ℣. Flu minus im petus letifi cat ciuita tem de i ſãctifica uit taberna cu lũ ſu um altiſſi mus.

Alla. ℣. Emulor. fo. xxix. Sequẽtia de cõi. fo. xxiij. vel Tract⁹ Diffuſa. fo. xxx. Offr. Offerẽt minor. fo. xxxj Cõio. Qui me dignatus eſt ab omni plaga cura re et mamillã meã meo pectori reſti tue re ipſum inuoco de um viuum.

¶ Sãctorũ veda ſti et amãdi. Officium Sacerdotes eius. fo. xxvij. Gr. Sacerdotes ei⁹. fo. xxviij. Alleluya. ℣. Fulgebũt iuſti. fo. xxviij. Offr. Exultabũt. fo. xxviij. Cõio Ego vos. fo. xxviij. ¶ Sãcte ſcolaſtice virginis. Officiũ Dilexiſti. fo. xxviij. Gr. Dilexiſti. fo. xxix. Alleluya. ℣. Diffuſa. fo. xxx. Offr. Offerentur minor. fo. xxxiiij. Cõio Diffuſa eſt. fo. xxxiiij. ¶ Sancti Valẽtini martyris. Officiũ In virtute. fo. viij. Gr. Beat⁹ vir. fo. ix. Alleluya. ℣. Beatus vir qui ſuffert. fo. x. Offr. In virtute. fo. xi. Cõio Magna eſt. fo. xiij. ¶ Sãcte Iuliane virgi. Officiũ Loquebar. fo. xxix. Gr. Diffuſa eſt. fo. xxix. Alla. ℣. Hec eſt virgo. fo. xxx. Offr. Filie regũ. fo. xxxij. Cõio. Simile eſt reg. fo. xxxij ¶ Cathedra ſancti petri. ad miſſam officiũ. Statuit ei dñs. fo. xxj. Gr.

B. i.

[1508-S:383]

## Notes, pages {69}-{106}.

[1] Dickinson:695.
[2] 1508-S:377.
[3] 'non habent 92. 98.', Dickinson:695.
[4] 'mystéria.--94.', Dickinson:695.
[5] This portion appears in fuller detail in the Processional.
[6] For '*a pontifice vel a sacerdote . . . ad orientem sic incipiente.*', '*sub hac forma. Sacerdos cum suis ministris ad altare processionaliter accedat, et ad summum gradum altaris stans conversus ad australem in capa serica cum aliis indumentis sacerdotalibus, benedicat cereos et candelas sub manu sua dextera jacentes hoc modo incipiens.*', 1508-S:377.

'Haec Rubrica in Processionalibus quos vidimus cum Missali consentit ; sacerdos autem ad australem non ad orientum versus, stare jubetur. Sed vide "Defensorium Directorii," apud Maskell ii 341 ; "Item illa rubrica non est vera, quae dicit quod sacerdos benedicens candelas seu palmas, stabit versus austrum, cum Ordinale Saurm dicat ad orientem." ', Dickinson:696.
[7] 1508-S:378.
[8] In 1513-S:10v. the versicles and prayers appear a fifth higher, in the C clef. The low B-flats, while not present in 1508-S:378, are indicated by the Fs of 1513-S:10v.
[9] 'cerae--92. 94. 98. 4L. 15.', Dickinson:697.
[10] 1508-S:378.
[11] '*Non dicitur* Dóminus vobíscum. *nisi ante primam orationem tantum : sed omnes orationes dicuntur cum* Orémus. *sub tono supradicto, et omnes finiatur sub tono.*', 1508-S:378.
[12] '*et finantur cum*', 1508-S:378.
[13] 1508-S:378. has '*qui terminetur sic* Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum. *cum prefatione.*'
[14] 1508-S:378.
[15] '*dicat sacerdos*', 1508-S:378.
[16] 1508-S:378. has no cue for this prayer.
[17] '*et terminentur*', 1508-S:378.
[18] '*accendantur candele et*' 'non habent 92. 98. 4L. 15. 57.', Dickinson:703.
[19] 1508-S:378.
[20] GS:180. has only the incipit of the Ps. together with the Psalm-tone ending and 'Amen'.
[21] '*reincipiatur*', 1508-S:378.
[22] 1526-S:11v.
[23] 1508-S:378. GS:180. has here the processional Antiphon 'Ave gratia plena'. This, and the remainder of this procession, appears in the Processional.
[24] In 1508-S:379. the last syllable of 'misericórdiam' is set AGA. GS:pl. j. and 1508-S:379. have no flat at 'tuam'. Rylands-24:329. and Arsenal:157v. have a flat at 'tuam'. In 1508-S:379. 'médio' is set FAF.G.AG; 'tui' is set FAGF.GF; 'tuum' is set C.CC; 'plena' is set FGA.AGGF.
[25] 'et', *Vulgate.*

26 'non habent 92. 98. V.', Dickinson:703.

27 'non habent 92. 97. 98. V.', Dickinson:704.

28 'colábit.--92. V. colocábit.--98.', Dickinson:704.

29 [*Vulgate* omits 'dicit Dóminus omnípotens'.]

30 In GS:pl. j. 'nomen tuum' appears a third higher. In 1508-S:379. 'tuum' is set A.AGAG; 'tua' is set FEGFD.DC. The flat at 'fines' appears in Rylands-24:330. In 1508-S:379. the second syllable of 'terre. appears one note later; the third syllable of 'vídimus' appears one note later. 1508-S:379. has no flat at 'ejus'.

31 In 1508-S:380. the final syllable of 'Allelúya' appears 4 notes earlier.

32 1508-S:380.

33 $f^2$. has a melodic variant of $f^1$. : 'mater' is set C.D, not D.D. In $h^1$.'nulla.--92. 94. 97. 98. 4L.', Dickinson:705. 'cópula.--92. 98. 4L. commércia.--94. 97.', Dickinson:705. At $h^1$. in 1508-S:380. 'nullam' is set E.C; at $h^2$. 'nata' is set E.C. Here the edition follows Rylands-24:479. In $k^2$. 'etérna.--98. 57. 4L.', Dickinson:705. 1513-S:12v. has 'éthera'. Here the edition follows 1508-S:380. and Rylands-24:479.

34 1508-S:381.

35 In 1508-S:381. the first line appears as follows:




The B-natural at 'secundum' appears in Rylands-24:330. In 1508-S:381. the first syllable of the first 'tuum' is set CB♭CAGCB♭AGB♭AGF; the second 'tuum' is set CC.CDAAGCCACGGF ; 'populórum' is set thus:




The natural at 'populórum' appears in Rylands-24:330. GS:pl. k. has G in place of the final F in 'pópulorum'. In 1508-S:381. 'Lumen' is set thus:




The natural at the end of 'géntium' appears in GS:pl. k. In GS:pl. k. 'glóriam' is set DFFF.GFGBABAGA.AG. The E in and the flat at 'glóriam' appear in Rylands-24:330. and Arsenal:158r. In 1508-S:381. the last syllable of 'glóriam' is set G. GS:pl. k. omits the last 22 notes. The last two verses appear as a single verse in 1513-S:12v. In the final melisma 1508-S:381. has B in place of the second A.

36 'illum', *Vulgate*.

[37] In 1508-S:378. the second syllable of 'grátia' appears two notes later; the second syllable of 'tuis' appears two notes earlier; the second syllable of 'proptérea' is set ACCCDC; 'benedíxit' is set GCA.AG.GGACDC.C; 'Deus in' is set DCCC.C CGACDEC. In GS:181. the third 'in' is set ACBA. The flat and the natural at 'séculi' appear in Rylands-24:424. In GS:181. 'séculi' is set thus:




[38] In 1508-S:382. 'Respónsum' is set D.FFG.F; the second syllable of Sýmeon' is set AG.

[39] Dickinson:706.

[40] 1508-S:382.

[41] 1508-S:382. has no natural sign. GS:pl.s. (the Assumption) has a flat only at the beginning. In the edition the accidentals follow Rylands-24:331. and 364.

[42] ' vírginis et' 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:708.

[43] 1508-S:383. has no flats. In 1508-S:383. the first sullable of 'suo' appear 4 notes earlier. In GS:181. 'Deus' is set ACD.DCDEDCBCBABA. 1508-S:383 omits the last two notes of 'Deus'; 'médio' is set CC.ACDCD.DCCAA. In GS:181. 'ejus' begins AGAB♭AGF. 1508-S:383. has 'Flúminus'. In 1508-S:383. at 'Flúminis' the first two As are Bs. The flat at 'Flúminis' appears in Rylands-24:422. In 1508-S:383. the third syllable of letíficat' appears three notes earlier. The edition follows Rylands-24:422. and Arsenal:205r. here. In 1508-S:383. the third and fourth syllables of 'sanctificávit' appear 2 notes later. In GS:181. at 'sanctificávit' D rather than C follows the group of three Fs. In 1508-S:383. 'altíssimus' is set thus:




At 'altíssimus' GS:181. has a flat only on the last B. The other flats appear in Rylands-24:422. and Arsenal:205r. GS:181. omits the last 8 notes.

[44] 1508-S:383.

[45] 1508-S:383; GS:181.

[46] The flat at 'restitúere' appears in Rylands-24:331. 1508-S:383. has a flat at 'ínvoco'.

[47] 'inspiránte.--4L. 26. 57.', Dickinson:708.

[48] Dickinson:709.

[49] Dickinson:710.

[50] 1508-S:383.

[51] 'intercedénte.--94. 97. 98.', Dickinson:710.

[52] 'cupívit.--92. 98. 4L. 15.', Dickinson:710.

[53] Dickinson:711.

[54] For 'Quóniam prevenísti . . . precióso.', 'Et in voluntáte ejus : non fraudásti eum.--94. 97. 98.', Dickinson:711.

[55] Dickinson:712.

[56] 'gloriósa.--94.', Dickinson:712.

[57] 1508-S:383.

[58] 'et immarcessíbilem conservátam' 'non habet 26.', Dickinson:713.

[59] 'tribulatiónibus.--92. 97. 98. 4L.', Dickinson:713.

[60] 1508-S:384. has no flats. In GS:182. 'seniórum' is set thus:




The edition, which follows 1508-S:384. here, is supprted by Rylands-24:333. and Arsenal:159r. The flat at 'Dómino' appears in Rylands-24:333. At 'misericórdie' 1508-S:384. has an additional B after the last DCC.

[61] In 1508-S:384. 'ecclésiam' is set CD.CD.CF.FEFGF. In 1508 the second 'terram' is set AGAGFFED.DCDEEDEFGDDC; the final 'et' is set FGFEEC.

[62] 'oblátum.--94.', Dickinson:715.

[63] Dickinson:715.

[64] 'eórum', *Vulgate*.

[65] 'Rubrica "Si aliquod . . . memoria," quae legitur inferius post Proprium Sanctarum Perpetuae et Felicitatis, hic datur in 97. 98.', Dickinson:717.